

impleri omnia que scripta sunt etc. Et parte autem hominis similiter potest dici
triplex necessitas. Una est necessitas absoluta, que est respectu eorum que na-
turaliter homini insunt. sicut homines necessarii est esse risibile. et alia homini. et sic est quoniam
et a deo. Non fuit necessarium humanam naturam reparari. Patet. quia reparatio non
consequitur ex principiis naturalibus. Alia est necessitas coactionis. et de tali est
conclusio sexta. quod non fuit necessarium humanam naturam reparari. quia talis ne-
cessitas non fuit in humana natura respectu reparandis. quia deus ad virtutem non
coigit. Tertia necessitas est ex suppositione finis. sicut necessarium est hominem habere re-
nantem. si debet ire ultra mare. et de tali necessitate est deo septima. quod necessarium
fuit humanam naturam reparari si ad visionem dei admitti debuit. Patet conclusio
ex illo Job. vij. Sponset ex altari filium hominis. ut omnis qui credit in eum non pereat
sed habeat vitam eternam. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondet nega-
do penitentiam. Et ratio est. quia argumentum illud procedit de necessitate coactionis ex
parte dei. necessitas autem talis non cadit in deo. ut dicit deo prima. Ad secundam
respondet negando penitentiam. Et ratio est. quia necessitas que est ex suppositione volun-
tatis immutabiliter aliquid volentis non minuit rationem voluntarii. sed auget
et tanto magis quanto firmiter inderet volito ut moveri non posset. Ad tertiam
respondet quod hominem liberari per passionem christi conveniens tunc et misericordie et iusticie
eius. Iusticie quidem quod per passionem suam christus satisfecit pro peccato humani generis.
et ita homo per iustitiam christi liberatus est. Ad misericordie vero. quia cum homo per se sa-
tisfacere non posset pro peccato totius humane nature. deus dedit satisfactorem
filium suum. secundum illud Roma. vij. Iustificari gratis per gratiam ipsius. per receptorem
que est in christo iesu quem proposuit deus pro peccatore per suam ipsius. Ad quartam
respondet negando consequentiam. Et ratio est. quia peccatum angeli non fuit
remediabile sicut peccatum hominis.

ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod ratio
convenienter passus est in hierusalem. Primo sic. Ad medicina debet morbo re-
spondere. sed passio christi fuit medicina pro peccato. Unde. Adam autem non fuit se-
pultus in hierusalem sed in hebron. unde videtur quod convenienter ibi christus pati debu-
it. Secundo sic. Christus passus est in humanam carnem que quidem concepta fuit
ex virgine in nazareth et nata in bethleem. unde videtur quod non in hierusalem sed in
nazareth vel in bethleem pati debuit. quodlibet enim affectat sepeliri in ecclesia nati-
vitate sue. Tertio sic. Contra illud quod passus est extra portam civitatis. Clari-
tas debet respondere figure. sed passio christi figurabat per sacrificia veteris legis
sed hiis sacrificia offerrebant in templo ergo et christus ex quo elijzebar pati in
hierusalem debuit pati in templo et non extra portam civitatis. In oppositum
est evangelium patris. Respondet dicendum quod conveniens fuit christum pati in hieru-
salem. Ista conclusio patet primo ex illo Luca. xij. Non capit propheta propheta extra
hierusalem. Secundo patet ex illo quod dicit augustinus in libro lxxvij. questio. non.
Omnia propriis locis et temporibus gestis saluati. quia sicut omnia sunt in manu
eius. ita et omnia loca. et ideo sicut convenienter tunc christus passus est. ita et conveniens
est loco. Sic ergo deo. quod conveniens fuit christus in hierusalem passus est. Que convenientia